

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintuplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 2. Invalidè possidet Beneficium, quem Jura non agnoscent
idoneum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Leone
1.
n nihil
bonis
uthoritatis
cium, qu
at part
& cum
ab offici
eneficium
ariam
Benefici
astinat
; tales v
fficium ad
decotis fa
Concilium
ticum
quod
er lice
el per lo
ationem
ve

per collationem simplicem, vel ad præsentationem Patrōi Ecclesie factam non obtinuit; hæc enim per Canonum institutionem intelliguntur, uti ex toto titulo de Insti-
tutione colligitur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. de reg. Juris, illudque de-
monstrant communiter Doctores.

Ratio.

Quia in Ecclesiam Dei non debet esse alius ingressus,
nam per Ostium, cuius Claves Præfectis Ecclesiarum com-
munitur, ergo, cum hi non intromittant, nisi per Canonis-
mum Institutionem, rectè infertur, invalidum esse Beneficium,
qui non est Canonicè obtentum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui non servatà formâ electio-
ne vel per Simoniam, vel ab eo, qui Jus non habuit, electus
ad Beneficium, non posse illud validè & licitè retinere, uti
ex cap. quia propter 4a. de elect. & cap. Sacrosancta § 1. cod.
colligitur.

Deducitur 2. Nec cum, qui à Patrono Laico absque au-
toritate Superioris Beneficium obtinuit, validè illud possi-
re, uti decisum habetur in c. 4. 8. 10. 15. de Jure Patronatus,
ut Clerici tali modo Beneficia recipientes communione pri-
matur.

Deducitur 3. Nec Beneficii nondum vacantis collatio-
nem validam esse, uti ex c. 2. de concess. præb. colli-
guntur.

PRINCIPIUM II.

invalidè possidet Beneficium, quem Jura non
agnoscunt idoneum.

Sensus.

Hoc est, qui ætatem, scientiam, Clericatum, probitatem,
et qualitates ad Beneficiatum ab Ecclesia requisitas
non habet, non potest bonâ conscientiâ Beneficium possi-
dere.

Dēsumptum est ex Concilio Tridentino sess. 21. 22.
23. de reform. & communī sensu Authorum.

Ratio.

Quia, cū Beneficiū propter officium detur, hoc ipso
si ob defectum idoneitatis officium ad ministrare non possit,
etiam Beneficio frui non debet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui in simplici Beneficio fru-
do aetatem annorum saltem quatuordecim; aut Majorem et
iam, si ordo qui ad Beneficiū possidendum requiritur, em-
exigat non habet non posse ad Beneficiū tale promovere.
Uti Concilium Tridentinum sess. 24. c. 12. de reform. de-
crevit.

Deducit 2. Etiam illegitimos non dispensatos Be-
neficii in capaces esse, uti ex c. 1. de Filiis Presbyterorū in 6.
lilitur. Imo nec naturales aut veri Filii in eodem vel simili
Beneficio Patri succedere posse, uti in cap. quoniam cap. vi
extirpandas de Filiis Presbyt. definitur.

Deduc. 3. Eum, qui voluntatem saltem conditionata
clericandi (ut loquuntur Authores) & Sacrum ordinem à Jure
requisitum suscipiendo non habet, Beneficiū accipere non
posse; & si curatum Beneficiū absque tali voluntate fullo-
perit, ipso Jure privatum, & ad fructuum restitutionem obliga-
tum esse, uti ex cap. commissa §. 7. de Elect. in 6. colla-
gitur.

PRINCIPIUM III.

*Qui sentit commoda Beneficii, sentire debet
& onera officii.*

Sensus.

Hoc est, quicunque fructus Collati Beneficii percipiat
non recusare debet obligationes Beneficiū annexas, proprie-
tas ejusmodi fructus conceduntur.

Authoritas.

Dēsumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 55. item ex l.
10. f. 1.